



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Thomæ Tamburini Societatis Iesu Siculi
Caltanisettensis, In Alma Vniversitate nobilis Civitatis
Messanæ, Theologiæ Primarij Professoris. Explicatio
Decalogi Duabus distincta partibus**

In qua omnes ferè conscientiæ casus, ad decem Præcepta pertinentes,
mira brevitate, claritate, & quantum licet, benignitate declarantur

Continens sex Libros posteriores in Decalogum, id est, expositionem
præceptorum secundæ tabulæ

Tamburini, Tommaso

Monachii, Anno M.DC.LIX.

Onus restitutionis quando nam adsit, si acceptio, vel detentio sint dubiè
injustæ, remissivè, paragraph. 9.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39995

fruiendi quidem, sed minus, quan- idem est, ac dicere, si cum possit, ab incendio non eripiat.
tum scilicet judicabitur a viro experto, ex illo periculo, rei pretium diminui; quod si vendidit, debet pretium dare Dominu, cuius erat triticum, quia pre- tum succedit loco rei, & in hoc jam in- venitur factus ditior ex re aliena fur- dummodo advertat, minoris etiam debuisse, propter tale vitium periculi imminentis, rem vendi: quod si ven- dita est antiquo pretio, debebit pars pretij, excedens emptori reddi, non Domino, quia in illo excessu emptor fuit deceptus, non vero Dominus fuit a te injuste damnificatus.

10. Tertio, si periculum timebatur certum & infallibile, quo pacto res nihil valebat; quis enim rem jam jam certo perituram, nullique usui sibi utilem emere pretio vellit? & tunc, ajo, nihil deberi a fure, quia nihil damni intulit, consumendo rem nullius va- loris. addie, Dominum tacite consen- tire huic consumptioni. Quis enim non vellet a te panem, v. g. consumi potius, quam absimi ab imminenti domus incendio?

11. Petes: fur, si posset rem a se ab- latam eripere, a simili. v. g. incendio, obligaturne eripere? idque ex Iusti- tiane, an ex charitate? respondeo, ob- ligari ex Iustitia; ratio est, quia fur, quamvis non sit absolute custos rei ab- latae, quia tamen semper obligatur, rem Domino restituere, consequenter obligatur, rem eandem conservare, sal- tem aequali diligentia & labore, quo res suas conservaret, ne scilicet ponat voluntarium impedimentum ad re- stituendum, ergo contra Iustitiam peccati, ni conservet, cum possit, quod

idem est, ac dicere, si cum possit, ab incendio non eripiat.
i. Esto, negare videatur. Less. Cor. Vas- qu. l. c.

12. Quid, si quis rem surripiat ante incendium, quo certò res erat apud Dominum peritura, obligaturne illam restituere, an vero, ut suam possit con- sumere? respondeo, obligari restituere, nec ut suam posse consumere. Ra- dio clara mihi est, quia res quomodo- chumque salua fiat, Domini semper est, nisi ex circumstantijs certo appareat, rem a Domino jam fuisse verè & ex animo, non vero solum ex necessitate derelictam. Vide, quæ dixi tr. 2. c. 8. n. 14. Fortunæ igitur sue Domi- nus tribuat, si res in tuto posita fuit a fure: deducere tamen pro se furem posse pretium sui laboris & industria, si quæ fuit, ipsa recta ratio dictat: quantum autem erit hoc pretium, fa- cile colliges ex dictis tract. 2. cap. 8. à num. 7. in simili.

Quando res periit in via, sub ejus manu, cum quo eam mitto ad Do- minum, quid faciam, dicam infra tr. 4. §. 1. n. 3.

§. IX.

Onus restitutionis, quandonam adfit, si acceptio, vel detentio sint dubie injustæ.

14. D E hac cum satis ego disputa- verim superius. 1. 1. in Decal. c. 3. §. 7. verbo Restitutor; il- lue accedat, si velit, curiosus Lector.

CAPUT

